



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De morte dauid. ca. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Historia libri

seitas et leuitas. Aaronitas quoque diuisit per generationes. et inuenit de eleazar. xviij. et de itbammar. viij. Et elegit ex vnaquaque illarum vnum pontificem: precipiens ut singuli ministrarent a sabbato in sabbatum. Sadoch tamen et abiatbar pessent vniuersis. Et precerunt sortem coram rege de hebdomadibus ordinandis. De leuitis vero instituit curatores fabricae templi. xxiiij. alij hinc. xxiiij. milia. Hi dicitur sunt nabhinnei. Iudices autem populi et scribas septuaginta. Quae erat de genere belii obtinebat primatum. domus dei septem.

alij hinc quattuor milia: et totidem qui hymnos dicerent. Post haec diuisit exercitum in cohortes. xiiij. Habebat autem cohortes. xxiiij. milia: quam precepit salomone obsequare per trescentos dies. Festivitas vero aliquantum honorauit. Fecerunt enim eos custodes thesaurorum dei: et vasorum que reges deo dicare contingeret: et collecte ecclesie omnem dispositionem suam indicauit: deprecans filios suos ut non grauerentur ministerium. id est salomone inter eos sublimatus. quia deus sic mandauerat sicut et ipse dauid minimus inter fratres inuincit fuerat. Descripserunt quoque omnem et constitutionem edificii templi omnibus suadetibus salomoni tradidit. Sed et tunc oblationis primitias faciens tria milia talentorum auri obtulit ad aditum et currum dei faciendum: in quo et cherubin esset sub quo constituerunt arca. Principes vero et sacerdotes et leuitae seniores populi obtulerunt aurum tanta quinq; milia: et stateres decem milia argenti: et decem milia lapides preciosos plures quoque custodiam habuit p nepos moysi iabes vel iabius ut dicunt alij.

Lurru dicitur cybureum. id est cooptorium. Cibureum. iij. colonis erectum: sub quo arca et cherubin essent: ut fit in multis locis super arca sanctorum.

De morte dauid. Ca. iii.

Propinquaue

antiquitatis dauid ut moreretur et iteravit salomoni mandata de cultu dei et lege seruanda: et pietate et iusticia circa suos: memorans permissionem dei sibi factam de semine suo iugiter regnatura si custodierint filij testamentum eius: et testimonia que doceret eos. Trium quoque supradidit de ioab: et filij

berzellat: et de semel dices. Postquam ioab fecerit per inuidiam duobus principibus abner et amase: quorum sanguines effudit belli in pace id est sanguine qui non debet fundi nisi in bello fudit tempore pacis: et eorum cum quibus habebat pacem: et posuit cruorem plerumque in balneo suo: et in calciameto suo. id est cruor non est resperisus super arma ipsorum: quia cum eis non dimicauit. sed super vestes eius quoniam pacifice eis loquebatur. Et est sensus Non vi sed dolo occidit eos. Vel aliter. Vel bellatores insignia operum suorum in armis suis describerebat ad ostentationem glorie. Sed cum ioab haec tanquam facinorosa ostentare publice non auderet: saltem in balneo et in calciameto descripsit. Et addidit dauid Facies eius iuxta pietatis tuae ne descendat pacifice ad inferos. Sed et filij berzellat reddes gratiam et erunt comes meales tui. Semel quoque semineum qui maledixit mihi non patieris esse innoxium. Et mortuus est dauid: et sepultus est in ciuitate dauid cum regnasset. xl. annis. Circa tumulum eius fecit salomon. viij. loculos thesaurorum quorum vnum post mille trecentos annos aperuit byrcanus pontifex: et alium herodes sicut infra dicitur. Alij quoque non dum manifestari sunt mechanice artis modo recordati.

Incidentia.

In diebus dauid carthago condita est quod dicitur voluit a calcedone tyrio. Vel ut alij dicunt a filia eius didone. Quintus latinus rex filius latinus: prophetauerunt autem sub eo nabathan gad et asaph.

De morte Adontis et Joab et Semel.

Capitulum iii.

Edictum autem salomonis

super thronum dauid patris sui: precedente tempore adontis superlucavit bethsabee ut impetraret a rege sibi dari abisag sumamitum in vxorem. Que cum ingressa esset ad regem: posuit est ei thronum ad dexteram regis: et ait. Paruula petitores deprecor a te. ne confundas faciem meam. Detur abisag sumamitis adonte fratri tuo vxor. Et indignatus est rex ait. Quare postulas haec a me mihi. Postula ei regnum. Ipse enim frater meus est maior me: et habet secum potentes abiatbar et ioab: et abisag est quasi regina et potes. Contra animam suam locu